



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**PSALTE=||RIVM DAVIDIS || CARMINE REDDITVM || PER  
EOBANVM || HESSVM.||**

**Hessus, Helius Eobanus**

**Lipsiae, 1557**

**VD16 B 3198**

Psalmvs CXXXIII. Ecce quàm bonum & quàm iucun.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-69301](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-69301)

Hic uncto reparata meo nubi uiua lucerna est,  
Indigat quæ nullo tempore lucis erit.  
Ipse osores infamia turpis obibit,  
Ipse coronatus floride sceptra geret.

## PSALMVS CXXXIII.

**Ecce** quām bonum & quām iucundum.

## ARGUMENTVM.

Est commendatio concordiæ in Ecclesiâ & regno, ornat autem eam comparationibus suauissimis cum unguento late spargente odorem, & diffundenti se comparat, & tori coelesti, quo recreantur agri & prata diurnis solibus perusta.

*Vt facit ex paruis magnas concordia rebus,  
Sic nisi doctrinas afferat ipsa, carent:  
Hanc docet et sacris seruandam & ubique prophani,  
Et probat exemplis qualibus ipse uidet.*

Canticum graduum.

## Propositio.

\* Similitudines sunt ceu rationes propositio- nes, quia ostendunt suauitatem & utilitatem concordiæ maxime in Ecclæ.

**Q**uæ ligat unanimes felix concordia fratres, O quales fructus utilitatib[us] habet. Consona fraterno si uita sit omnis amor, Qui uere dubitet, dicere pacis opus? Tam sanctam sequitur pacem iucunda uoluptas, Quām pius æthereo nectare pascit amor. \* Non secus ac liquidos stillantia balsama succos, In sacra pontificum tempora fusajlunt.

Iudic.



Inde sub extremis ita deflua uestibus hærent,  
 Dulcis ut in toto corpore spiret odor.  
 Sicut & aërius Libani de montibus humor  
 Vbere fecundam rore Siona facit.  
 Talis ubi est interq; manet concordia fratres,  
 Ipse bonum præsens influit omne Deus.  
 Nam uitam tribuit meritis cœlestibus auctam,  
 Illa est diuinitus non redimenda quies.

Hic sine figura  
 dicit, quod su  
 pra figurare dí  
 xit.

## PSALMVS CXXXIIII.

Et nunc benedicite Domino.

## ARGUMENTVM.

Hortatur ministros Ecclesiæ, ut diligenter uerbum Dei prædicent, hoc enim uere est laudare Deum, & ut assiduo orent pro Ecclesia. Ac addit insigne uotum, ut Dominus facientibus sic suum officium in Ecclesia benedicat.

summa breuis parui doctrina grauissima Psalmi,  
 Qui deceant cultus, quæ sacra uera Deum.  
 Scilicet in uerbo inuigilent quicunq; ministri,  
 Ut uerbum doceant, tam graue munus habent.

Canticum graduum.

**E**la nunc Dominum cœtu celebrate frequenti,  
 Quis serua colitis relligione Deum.  
 Qui statim totas sanctas intra limina no[n] es,  
 Intra diuinæ lumina sancta domus.

Docete.

Tollite

